CONFESSIO TERTULLIANIANA ET CYPRIANIANA IN QUATUOR DIGESTA LIBROS,

veteris Eccleſiæ Romanæ fidem & doctrinam à mille & quadringentis annis dilucidè breuitérque repetens.

Auctore F. THEODORO PETREO *Campenſi Carthuſiæ Colonienſis Profeſſo.*

Cum permiſſu Superiorum.

Acceſſere Antidota pro eadem Confeſſione aduerſus Impias Lutheran. & Caluiniſtarum criminationes.

Deuteron. 32.

Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas. Interroga Patrem tuum & annunciabit tibi Maiores tuos & dicent tibi.

PARISIIS.
Apud SEBASTIANUM NIVELLIUM sub Ciconiis via Iacobæa.
M. D. CIII.
Cum priuilegio Regis.

ADMODVM REVERENDO IN CHRISTO PATRI, P. BRVNONI d'aſtriages, Maioris Carthuſiæ Priori, ac totius Carthuſienſis Ordinis Generali digniſſimo prudentiſſimoque.

CVM ante annos quatuordecim adhuc adoleſcentulus ad ſacri Carthuſienſis Ordinis inſtitutum, diuina fauente clementia, animum inclinaſſem, admodum Reuerende in Chriſto Pater, eſſémque haud mediocriter ſollicitus quonam pacto inceptæ rationes vitæ ita moderarer, vt quod mihi ab cæteris Ordinis exercitiis priuati eſſet otij, illud totum in honorem creatoris mei, propriæque profectum ſalutis quàm vtiliſſimè expenderem: nihil occurrit vel vtilitate præſtantius, vel ſuauitate iucundius, vel arreptæ melioris vitæ propoſito accommodatius, quàm ſi hoc ſucciſiui temporis eheu nimis breue ſpacium, ad peruolutandas Sanctorum Patrum pientiſſimas eruditiſſimaſque lucubrationes collocarem. Neque enim ſanctiſſimum hoc otium ideo amplexati ſumus vt torpore ac deſidia langueſcentes (quemadmodum multi

Extraict du Priuilege du Roy.

PAr grace & priuilege du Roy, il eſt permis à SEBASTIEN NIVELLE marchand Libraire iuré en l'Vniuerſité de Paris, d'imprimer ou faire imprimer vn liure intitulé : *Antidota aduerſus impias criminationes, quibus antiquiſsimos & ſapientiſsimos Africanæ Eccleſiæ Doctores* TERTVLLIANVM *&* S. CYPRIANVM *vexant lacerántque Lutherani, & Caluiniani, per* F. FRANCISCVM FEV-ARDENTIVM *Pariſ. Theologum. Et Orthodoxæ fidei breuis ac ſuccincta Confeſsio ex* TERTVLLIANO *&* CYPRIANO, *quorum hic inſignis martyrij palma clarus extitit, alter omniũ ſcientiarum genere, L. Septimij Seueri Imperatoris temporibus celebris fuit, per* P. THEODORVM PETREVM *Campenſem, & Carthuſiæ Colonienſis profeſſum.* Vendre & diſtribuer ledit liure vne ou pluſieurs fois. Et defences ſont faictes à tous autres Libraires & Imprimeurs, de l'imprimer ou faire imprimer, contrefaire ny alterer en aucune maniere, ſans le congé & conſentement dudict NIVELLE, & ce durãt le temps &

ANTIDOTA
ADVERSVS IMPIAS
CRIMINATIONES QVIBVS antiquiſſimos & ſapientiſſimos Africanæ Eccleſiæ doctores TERTVLLIANVM & S. CYPRIANVM vexant lacerántque Lutherani & Caluiniani.

QVOD à duobus eximijs veteris ac noui Teſtamenti Prophetis iamdudũ reuelatum fuit, nimirum, Beſtiam terribilem & anonymam, *Dan. 7.* id eſt, Antichriſtum, *Apoc. 13.* bellaturam contra Sanctos, eos contrituram; inſuper, blaſphematuram tabernaculum Dei, & eos qui in cælis habitant: hac mundi ſenecta, eheu! à Luthero, Caluino, horúmque Miniſtris abundè nimis adimpletum conſpicimus. Etenim vt ſuam illi nauent operam, & tyrannidem ſtatuant, non eſt in regno Dei Patriarcha, non Propheta, non Apoſtolus, non Euangeliſta, non Martyr, non Doctor, quem non probris temerent atque diuexent,

ORTHODOXAE FIDEI CONFESSIONIS LIBER PRIMVS, DVODECIM complectens capita.

CAPVT PRIMVM DE DEO.

1. *Num Deus ſit, dubitandum non eſſe.*

NEMO negat, quia nemo ignorat quod vltrò natura ſuggerit, Deũ eſſe vniuerſitatis conditorem, namque vniuerſitatem tàm bonam quàm homini mancipatam. *Tertullianus tomo ſecundo, libro de Spectac. cap. 2. fol.* 250.

Deus vniuerſitatis cõditor omnibus notus.

Perſuade Deum ignotum eſſe potuiſſe. Inuenio planè ignotis Deis aras proſtitutas, ſed Attica idololatria eſt. Item incertis Deis, ſed ſuperſtitio Romana eſt. Porrò incerti Dei, minus noti, vt minus certi; & proindè ignoti, quâ minùs certi. Quem titulum incidemus ex duobus Deo Marcionis? verúmque opinor, & nunc incerto, & retrò ignoto. Sicut enim ignotum eum fecit Deus notus creator; ità & incertum

Actor. 17.

ORTHODOXÆ FIDEI CONFESSIONIS.

LIBER TERTIVS ET QVARTVS.